



Praeparatio ad Missam.

Indulg. unius anni pro recitatione praeter illam quinque Psalmorum cum Versiculis et septem Orationibus annexis, Orationis S. Ambrosii singulis hebdomadae diebus assignatae.

(Leo PP. XIII. 20 Dec. 1884.)

Antiphona.



ME reminiscaris *
Dómine delicta
nostra, vel pa-
réntum nostró-
rum : neque vindictam
sumas de peccátis no-
stris.

**Quae Antiphona in Festis
duplicibus tantum dupli-
catur.**

Psalmus lxxxiij.



Euam dilécta taber-
nacula tua Dómi-
ne virtutum : *
concupiscit, et déficit áni-
ma mea in átria Dómini.
Cor meum, et caro mea *
exultaverunt in Deum
vivum.

Etenim passer invénit
sibi domum : * et turtur
nidum sibi, ubi ponat pul-
los suos

Altária tua Dómine vir-
tutum : * Rex meus, et
Deus meus.

Beáti, qui hábitant in do-
mo tua Dómine : * in sae-
cula saeculorum laudá-
bunt te.

Beátus vir, cujus est au-
xilium abs te : * ascensio-
nes in corde suo dispósuit,
in valle lacrymarum in
loco, quem pósuit.

Etenim benedictionem
dabit legislátor, ibunt de
virtute in virtutem : * vi-
debitur Deus deorum in
Sion.

Dómine Deus virtutum
exáudi orationem meam : *
áuribus percipe Deus Ja-
cob.

Protéctor noster aspice
Deus : * et respice in fá-
ciem Christi tui :

Quia mélior est dies una
in átriis tuis * super míl-
lia.

Elégi abjéctus esse in do-
mo Dei mei : * magis quam
habitáre in tabernaculis
peccatórum.

Quia misericórdiam, et
veritátem diligit Deus : *
grátiam, et glóriam dabit
Dóminus.

Non privábit bonis eos,
qui ámbulant in innocén-
tia : * Dómine virtutum,
beátus homo, qui sperat
in te.

Glória Patri. etc.

Psalmus lxxv.

Benedixisti Dómine ter-
ram tuam : * aver-
tisti captivitátem Jacob.

Remisisti iniquitátem
plebis tuæ : * operuísti
omnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram
tuam : * avertisti ab ira
indignationis tuæ.

Convérte nos Deus salu-
táris noster : * et avérte
iram tuam a nobis.

Numquid in aeternum
irascéris nobis? * aut ex-
téndes iram tuam a ge-
neratione in generatió-
nem?

Deus tu convérsus vivi-
ficábis nos : * et plebs tua
laetábitur in te.

Osténde nobis Dómine

misericórdiam tuam : * et
salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in
me Dóminus Deus : * quó-
niam loquétur pacem in
plebem suam.

Et super sanctos suos : *
et in eos, qui convertúntur
ad cor.

Verúmtamen prope ti-
méntes eum salutáre
ipsius : * ut inhábitet gló-
ria in terra nostra.

Misericórdia, et véritas
obviavérunt sibi : * justí-
tia, et pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est : *
et justitia de caelo pro-
spexit.

Etenim Dóminus dabit
benignitátem : * et terra
nostra dabit fructum
suum.

Justitia ante eum ambu-
lábit : * et ponet in via
gressus suos.

Glória Patri. etc.

Psalmus lxxv.

Inclína Dómine aurem
tuam, et exáudi me : *
quóniam inops, et pauper
sum ego.

Custódi ánimam meam,
quóniam sanctus sum : *
salvum fac servum tuum,
Deus meus, sperántem
in te.

Miserére mei Dómine,
quóniam ad te clamávi

tota die : * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suávis, et mitis : * et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pèrcipe Dómine oratiónem meam : * et inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te : * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis Dómine : * et non est secúndum ópera tua.

Omnes Gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te Dómine : * et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et faciens mirabília : * tu es Deus solus.

Deduc me Dómine in via tua, et ingrédia in veritate tua : * lætétur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in ætérnum :

Quia misericórdia tua magna est super me : * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus miserátor et miséricors, * pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax,

Réspice in me, et miserere mei : * da impérium tuum púero tuo : et saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : * quóniam tu Dómine adjuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri. etc.

Psalmus cxi.

CRédidi, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accipiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino redam coram omni pópulo ejus : * pretiósá in conspé-

ctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino redam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Glória Patri. etc.

Psalmus cxi.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánimá mea in verbo ejus : * sperávit ánimá mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósá apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Glória Patri. etc.

Postea repetitur *Añá*. Ne reminiscáris Dómine delicta nostra, vel paréntum nostrórum : neque vindictam sumas de peccátis nostris.

Deinde Sacerdos dicit :

KYrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem. *R.* Sed libera nos a malo.

V. Ego dixi, Dómine miserere mei. *R.* Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

V. Convértere Dómine aliquántulum. *R.* Et deprecáre super servos tuos.

V. Fiat misericórdia tua Dñe super nos. *R.* Quem ádmodum sperávimus in te.

V. Sacerdótes tui induántur justítiam. *R.* Et sancti tui exsúltent.

V. Ab occúltis meis munda me Dómine. *R.* Et ab aliéinis parce servo tuo.

V. Dómine exáudi oratiónem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

R. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Aures tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína précibus nostris, et grátia sancti Spírítus illúmina cor nostrum : ut tuis mystériis digne ministráre, teque ætérna caritaté diligere mereámur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis volúntas lóquitur, et quem nulum latet secrétum, purifica per infusiónem sancti Spírítus cogitationes cordis nostri : ut te perfécete diligere, et digne laudáre mereámur.

URE igne sancti Spírítus renes nostros et cor nostrum Dómine : ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Mentes nostras, quæsumus Dómine, Paráclitus, qui a te procedít, illúminet : et inducat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritatém.

ADsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spírítus sancti : quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómnibus tueátur advérsis.

Deus, qui corda fídelium sancti Spírítus illustratióne docuísti : da nobis in eódem Spírítu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Consciéntias nostras, quæsumus Dómine, visitándo purífica : ut véniens Dóminus noster Jesus Christus Fílius tuus, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit et regnat.

Orationes

PER SINGULOS HEBDOMADÆ
DIES DISPERTITÆ.

DIE DOMINICA.

Summe Sacérdos, et vere Póntifex Jesu Christe, qui te obtulísti Deo Patri hóstiam puram et immaculatam in ara crucis pro nobis míseris et peccatóribus, et qui dedísti nobis carnem tuam ad manducándum, et ságuinem tuum ad bibéndum, et posuísti mystérium istud in virtúte Spírítus sancti tui, dicens : Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis : rogo per eúdem ságuinem tuum, magnum salútis nostræ prætium, rogo per hanc mi-

ram et ineffábilem caritatém, qua nos míseros et indignos sic amáre dignátus es, ut laváres nos a peccátis nostris in ságuine tuo : doce me servum tuum indignum, quem inter cetera dona tua étiam ad officium sacerdotále vocáre dignátus es, nullis meis méritis, sed sola dignatióne misericórdiæ tuæ : doce me, quæso, per Spírítum sanctum tuum, tantum tractáre mystérium ea reveréntia et honóre, ea devotióne et timóre, quibus opórtet et decet. Fac me per grátiam tuam semper illud de tanto mystério crédere et intelligere, sentíre et fírmiter tenére, dícere et cogítare, quod tibi placet, et expédit ánimæ meæ. Intret spírítus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strépitu verbórum loquátur omnem veritatém. Profúnda quippe sunt nimis, et sacro tecta velámine. Propter magnam cleméntiam tuam concéde mihi Misárarum solémnia mundo corde et pura mente celebráre. Líbera cor meum ab immúndis et nefándis, vanis et nóxiis cogitati-

nibus. Muni me beatórum Angelórum pia et fida custódia, ac tutéla fortíssima, ut hostes ómnium bonórum confúsi discédant. Per virtútem tanti mystérii, et per manum sancti Angeli tui repélle a me, et a cunctis servis tuis duríssimum spírítum superbíæ et cenodóxiæ, invidiæ et blasphemíæ, fornicatiónis et immundítæ, dubietátis et diffidéntiæ. Confundántur qui nos persequúntur : péreant illi qui nos pérdere festínant.

FERIA II.

REX virginum, et amátor castitatís et integritátis, celéstirore benedictiόνis tuæ exstingue in córpore meo fómitem ardéntis libídinis : ut máneat in me tenor castitatís córporis et ánimæ. Mortífica in membris meis carnis stímulos omnesque libidinósas commotiónes, et da mihi veram, et perpétuam castitatém, cum ceteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate : ut sacrificium laudis casto córpore, et mundo corde váleam tibi offérre. Quanta enim cordis contritióne, et lacrymárum fonte, quanta re-

veréntia et tremóre, quanta cóporis castitáte, et ánimæ puritáte istud divinum, et cœléste sacrificium est celebrándum, ubi caro tua in veritáte súmitur, ubi sanguis tuus in veritáte bíbitur, ubi ima summis, terréna divinis jungúntur, ubi adest sanctorum Angelórum præsentia, ubi tu es Sacrificium, et Sacérdos mirabiliter, et ineffabiliter constitútus!

FERIA III.

Quis digne hoc celebráre poterit, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem féceris dignum? Scio, Dómine, et vere scio, et idípsum pietáti tuæ confiteor, quia non sum dignus accédere ad tantum mysterium, propter nimia peccáta mea, et infinitas negligéntias meas. Sed scio, et veráciter ex toto corde meo credo, et ore confiteor, quia tu potes me fácere dignum, qui solus potes fácere mundum de immúndo concéptum sémine, et de peccatóribus iustos, et sanctos. Per hanc omnipoténtiam tuam te rogo, Deus meus, ut concedas mihi peccatóri hoc sacrificium celebráre cum

timóre et tremóre, cum cordis puritáte, et lacrymarum fonte, cum lætítia spiritali et cœlésti gáudio. Séntiat mens mea dulcedinem beatíssimæ præsentiae tuæ et excúbias sanctorum Angelórum tuórum in circúitu meo.

FERIA IV.

EGO enim Dómine, memor venerándæ passionis tuæ accédo ad altáre tuum, licet peccátor, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituísti, et offerri præcepísti in commemoratióem tui, pro salute nostra. Súscipe illud, quæso, summe Deus, pro Ecclésia sancta tua, et pro pópulo, quem acquisísti ságuine tuo. Et quóniam me peccátorem inter te, et eúdem pópulum tuum médium esse voluísti, licet in me aliquod boni óperis testimonium non agnóscas, officium saltem dispensatióis creditæ non recúses: nec per me indignum eórum salutis péreat prétium, pro quibus víctima salutáris dignátus es esse, et redemptio. Prófero étiam Dómine, (si dignéris propítius intuéri,) tribulatiónes plébum, perícula populórum,

captivórum gémitus, miserias orphanórum, necessitates peregrinórum, inópiam debílium, desperatiónes languéntium, defectus senum, suspíria júvenum, vota vírginum, láménta viduárum.

FERIA V.

TU enim miseréris omnium Dómine: et nihil odísti eórum quæ fecísti. Memoráre quæ sit nostra substántia: quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es, ne irascáris satis, neque multitudinem vícerum tuórum super nos contíneas. Non enim in justificatióibus nostris prostérnimus preces ante fáciem tuam, sed in miseratióibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nostras: et ignem sancti Spíritus in nobis cleménter accénde. Aufer cor lapideum de carne nostra; et da nobis cor carneum, quod te amet, te díligat, te delectétur, te sequátur, te perfruátur. Orámus Dómine cleméntiam tuam, ut seréno vultu famíliam tuam, sacri tuinóminis officia præstolántem, aspícere dignéris: et ut nullius sit irritum votum, nullius vácuá po-

stulátio, tu nobis preces súggere, quas ipse propítius audíre, et exaudíre delectéris.

FERIA VI.

ROgámus étiam te, Dómine sancte Pater, et pro spirítibus fidélium defunctórum: ut sit illis salus, sánitas, gáudium, et refrigerium, hoc magnum pietátis sacraméntum. Dómine Deus meus, sit illis hódie magnum, et plenum convívium de te pane vivo, qui de cœlo descendísti, et das vitam mundo, de tua carne sancta, et benedícta, Agni videlicet immaculáti, qui tollis peccáta mundi, quæ de sancto et glorióso beátæ Vírginis Mariæ útero est assúmpta, et de Spíritu sancto concépta, ac de illo pietátis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratíssimo látere emanávit, ut exinde refécti, et satiáti, refrigeráti, et consoláti, exsúltent in laude, et glória tua. Peto cleméntiam tuam Dómine, ut descendat super panem tibi sacrificándum plenitúdo tuæ benedictiόnis, et sanctificatiόnis tuæ divinitátis. Descéndat étiam Dómine illa sancti Spíritus tui invisíbilis, in-

comprehensibilisque majestas, sicut quondam in Patrum hostias descendebat, qui et oblationes nostras corpus et sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate, et lacrymarum devotione, cum reverentia, et tremore, ita ut placide, ac benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium, tam vivorum, quam defunctorum.

SABBATO.

ROgo etiam te Domine per ipsum sacrosanctum mysterium corporis et sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur, et potamur, abluimur, et sanctificamur, atque unius summæ divinitatis participes efficiamur: da mihi virtutes tuas sanctas, quibus replētus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita ut hæc cœlestia sacramenta efficiantur mihi salus, et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto, et benedicto: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vi-

vet in æternum. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam præter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum, et omnem saporem, qui nos semper reficis, et nunquam in te deficis: comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te Angelus ore pleno; manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendisti de cœlo, et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam, sana et munda me interius et exterius. Esto tutamen, et continua salus animæ et corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a præsentia potentiae tuæ, ut foris et intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam: ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore

agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum traderis regnum Deo et Patri, et eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica, ita ut nec esuriam, nec sitiam in æternum. Qui cum eodem Deo Patre, et Spiritu sancto vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio S. Ambrosii.

Indulgentia 100 dierum. — Leo PP. XIII. 20 Dec. 1884.

AD mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate, accedere vereor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas, o tremenda Majestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio: et quem iudicem sustinere nequeo, salvatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo:

tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Jesu Christe, Rex æterne, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miseriis et peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis et pretiose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, et peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo sanguine redemisti. Poenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea: ut purificatus mente et corpore digne degustare merear Sancta sanctorum: et concede, ut hæc sancta prælibatio corporis et sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum

meórum remissio, sit delictórum perfectá purgatio, sit túrpium cogitatio, sit salúbris effugatio, ac bonórum sensuum regeneratio, operúmque tibi placéntium salúbris efficácia, animæ quoque et córporis contra inimicórum meórum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomae Aquinatis.

Indulgentia 100 dierum. — Leo PP. XIII. 20 Dec. 1884.

OMnipotens sempitérne Deus, ecce accédo ad sacraméntum unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi : accédo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immúndus ad fontem misericórdiæ, cæcus ad lumen claritátis æternæ, pauper et egénus ad Dóminum cœli et terræ. Rogo ergo imménsæ largitátis tuæ abundantiam, quátenus meam curáre dignéris infirmitatem, laváre foeditatem, illumináre cæcitatem, ditáre paupertátem, vestíre nuditatem : ut panem Angelórum, Regem regum, et Dóminum dominántium tanta suscipiam reveréntia et humilitáte, tanta contritioe et devotioe,

tanta puritáte et fide, tali propósito et intentioe, sicut expedit salúti animæ meæ. Da mihi, quæso, Domínici córporis et sanguinis non solum suscipere sacraméntum, sed étiam rem et virtútem sacraménti. O mitíssime Deus, da mihi corpus unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut córpori suo mystico mérear incorporári, et inter ejus membra connumerári. O amantíssime Pater, concede mihi diléctum Fílium tuum, quem nunc velátum in via suscipere propóno, reveláta tandem fácie perpétuo contemplári. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Alia Oratio.

DEus, qui de indignis dignos facis, et de peccatóribus justos, et de immúndis mundos, munda cor et corpus meum ab omni contagióne et sorde peccáti, et fac me dignum atque strénuum sanctis altáribus tuis místrum : concede propítius, ut in hoc altári, ad quod indí-

gnus accédo, hóstias acceptábiles atque placábiles offeram pietáti tuæ pro peccátis et offensióibus, innumerisque et quotidíanis excéssibus meis, atque cunctórum simul Christianórum culpis abluéndis, et per eum sit tibi votum meum acceptábile, qui se tibi Deo Patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus : per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Oratio ad B. V. Mariam.

Indulgentia 100 dierum. — Leo PP. XIII. 17 Febr. 1883.

OMater pietátis et misericórdiæ, beatíssima Virgo María, ego miser et indignus peccátor ad te confúgio toto corde et affectu; et precor pietátem tuam, ut sicut dulcíssimo Fílio tuo in cruce pendénti astitísti, ita et mihi mísero peccatóri, et sacerdotibus ómnibus hic et in tota sancta Ecclesia hódie offeréntibus, cleménter assistere dignéris, ut tua grátia adjúti, dignam et acceptábilem hóstiam in conspéctu summæ et indivíduæ Trinitátis offerre valeamus. Amen.

Oratio ad S. Joseph.

Indulgentia 100 dierum. — Pius PP. IX. 4 Febr. 1877.

OFelícem virum beátum Joseph, cui datum est, Deum, quem multi reges voluérunt vidére, et non vidérunt, audíre, et non audíerunt : non solum vidére et audíre, sed portáre, deosculári, vestíre et custodíre!

V. Ora pro nobis, beáte Joseph. **R.** Ut digni efficiámur promissióibus Christi.

Orémus.

DEus, qui dedísti nobis regále sacerdotium, præsta quæsumus, ut sicut beátus Joseph unigénitum Fílium tuum natum ex María Virgine, suis mánibus reverénter tractáre méruit et portáre, ita nos fácias cum cordis mundítia et óperis innocéntia tuis sanctis altáribus deservíre, ut sacrosánctum Fílii tui corpus et sánguinem hódie digne sumámus, et in futúro sæculo præmium habére mereámur ætérnum. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

—*—

**Oratio ad omnes Angelos
et Sanctos.**Indulgentia 100 dierum. — Leo
PP. XIII. 20 Dec. 1884.

Angeli, Archàngeli,
Throni, Dominatió-
nes, Principátus, Potestá-
tes, Virtútes cœlórum,
Chérubim atque Séra-
phim, omnes Sancti et
Sanctæ Dei, præsertim
Patróni mei, intercédere
dignémini pro me, ut hoc
sacrificium Deo omni-
pónti digne váleam offer-
re, ad laudem et glóriam
nóminis sui, et ad utilitá-
tem meam, totiúsque Ec-
clésiæ suæ sanctæ. Amen.

**Oratio ad Sanctum
in cuius honorem Missa
celebratur.**Indulgentia 100 dierum. — Leo
PP. XIII. 20 Dec. 1884.

O Sancte **N.** ecce ego
miser peccátor de
tuis méritis confísus, offer-
renuncinténdo sacratíssi-
mum Sacraméntum cõrpo-
ris et sânguinis Dómini
nostri Jesu Christi pro tuo
honóre et glória : precor te
humíliter et devóte, ut pro
me hódie intercédere di-
gnéris, ut tantum sacrifi-

cium digne et acceptabili-
ter offerre váleam, et eum
tecum, et cum ómnibus
eléctis ejus æternáliter
laudáre, atque cum eo
semper regnáre váleam.
Qui vivit et regnat in sæ-
cula sæculórum. Amen.

Formula**intentionis ante Missam.**Indulgentia 50 dierum. — Grego-
rius PP. XIII.

EGO volo celebráre Mis-
sam, et conficere cor-
pus et sânguinem Dómini
nostri Jesu Christi, juxta
ritum sanctæ Románæ
Ecclésiæ, ad laudem om-
nipoténtis Dei, totiúsque
cúriæ triumphántis, ad
utilitátem meam, totiús-
que cúriæ militántis, pro
ómnibus, qui se commen-
davérunt oratióibus meis
in génere, et in spécie, ac
pro felíci statu sanctæ
Románæ Ecclésiæ. Amen.

Gaudium cum pace,
emendatióem vitæ,
spátium veræ poenitén-
tiæ, grátiam, et consola-
tióem sancti Spíritus,
perseverántiam in bonis
opéribus, tríbuat nobis
omnipotens et miséricors
Dóminus. Amen.

**Gratiarum actio post Missam.**

Indulgentia unius anni pro recitatione, præter illam consueti Cantici
Benedicite. et Psalmi *Laudate.* eum Versiculis et tribus Orationibus
adnexis, duarum Orat. S. Thomæ *Gratias tibi ago.* et S. Bonaven-
turæ *Transfige.*
(Leo PP. XIII. 20 Dec. 1884.)

Añã. Trium puerórum *
cantémushymnum : quem
cantábant sancti in ca-
míno ignis, benedicétes
Dóminum.

In Duplicibus duplicatur.

Canticum. Benedicite. 23.

In fine non dicitur Glória.

Psalm. Laudáte Dómi-
num in sanctis ejus. 25.

In fine Glória Patri.

Postea repetitur Añã.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eléison. Christe
eléison. Kyrie eléison.

Pater noster.

**Et ne nos indúcas in
tentatióem.** Sed líbe-
ra nos a malo.

**Confíteántur tibi Dó-
mine ómnia ópera tua.**
**Et sancti tui benedí-
cant tibi.**

**Exsultábunt sancti in
glória.** Lætábúntur in
cubílibus suis.

**Non nobis Dómine,
non nobis.** Sed nómini
tuo da glóriam.

**Dómine exáudi ora-
tióem meam.** Et cla-
mor meus ad te véniat.

Dóminus vobíscum.
Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui tribus púeris
mitigásti flammam
ignium : concéde propí-
tius, ut nos fámulos tuos
non exúrat flamma vitió-
rum.

Actiões nostras, quæ-
sumus Dómine, aspi-
rándo præveni, et adju-
vándo proséquere : ut
cuncta nostra orátio et